

ex diuisione existerent sexagenæ dierum primæ. Nunc dies saltē inde nascuntur, quibus iam integrorum locus debetur, ac sic collocanda sunt porrò sub 34. & reliqui deinceps numeri sub reliquis suo ordine. Iam si examen vel coniecturam instituas, qualem diximus. inuenies 59. in 29. 34. contineri tricies. Nam 59. multiplicata in 30. faciunt 29. 30. quæ superne scripta suis locis & subtracta ex 29. 34. transfixaque relinquunt, 0. 4. & reliquos inde numeros sub speciebus diuidendis ad dexteram. Transfige & 59. Similiter 30. multiplicata in 8. gignunt 4, 0. quæ scripta suis locis superne, & post subtractionem transfixa relinquunt iisdem locis 0. 9. Transfige 8. Rursum multiplicata 30. in 19 gignunt 9. 30. quæ scripta, subtracta, transfixaque relinquunt iisdem locis 0. 18. Ad hunc modum si perrexeris tum multiplicando, tum subtrahendo, nihil tandem relinquetur, sed omnes numeri sub diuidendis speciebus consumentur. Propositum igitur arcum Sol æquali motu composito conficit diebus 30. Subiecimus autem typum integri calculi, quod vel ipse aspectus calculi aliquid lucis adferat præceptis.

	0	0	0	0	0	0	0	0	
0	4	9	18	12	12	20	19		
29	4	9	18	12	12	20	19	0	
	30	0	0	30	0	30	30	30	
Græ.	/	//	///	////	/////	//////	////////	/////////	//////////
29	34	9	48	42	12	50	49	30	
30									
	59	8	19	37	24	25	44	39	

Repetamus & alterum exemplum multiplicationis. Pertransierit nimirum Luna 1. sexagenam secundam, 14. sexagenas primas, 9. gra. $371^a, 222^a, 273^a, 164^a, 465^a, 516^a, 117^a, 558^a$. cumq; motus diurnus, D. æqualis a ☉. fit 12, gr. $111^a, 262^a, 413^a, 294^a, 575^a, 496^a, 377^a, 118^a$. queritur- quot diebus vel quanto tempore Luna tot partibus à sole remoueat. Colloca numeros omnes tam diuidendos quam diuidentes, vt in præcedenti exemplo, Ac primum 12. in 1. 12. habentur sexies, quæ sunt sex sexagenæ dierum. Nam iuxta superiores regulas sexagenæ primæ graduum diuisæ in gradus velut integra pariunt sexagenas dierum, siquidem numerus sub secundis sexagenis, quippe sola vnitas, diuidi per 12. minime potest. Iam 6. vt inuentus numerus sub sexagenis primis dierum, velut sub prima quota specie dierum collocandus, si multiplicetur in singulos numeros sub speciebus